



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1740. usque ad annum 1742

Fleury, Claude

Augustæ Vindelicorum, 1787

VD18 90119649

§. 45. Idem Cardinalis a Papa Romam venire jussus.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67882](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-67882)

que publico proclamate omnibus Catho- Sæc. XVIII.
 licis præcepit. ut impofterum mandata, A. C. 1742.
 decreta, dispensationes &c. a præfato
 Cardinale reciperent, & omnes lites ac
 controversias fors inter se orituras, ab
 eodem decidi peterent, quin eas ad
 Papam quocunque in casu devolverent.
 Ipse vero Cardinalis de Regia hac bene-
 volentia summum Pontificem die deci-
 ma nona Maji datis ad eum literis cer-
 tiorem reddidit.

§. XLV.

*Idem Cardinalis a Papa Romam ci-
 tatus.*

Ea res Romæ magnorum motuum
 caussa erat, ac ipsemet Pontifex
 haud temere verebatur, ne exempli il-
 lecebra alios etiam Catholicos Pri-
 cipes ad idem facinus induceret, sentim-
 que Pontificiæ auctoritati grave nullo-
 que remedio sanandum vulnus inflige-
 retur: quocirca præprimis Cardinalium
 Congregationem habuit, in qua serio
 hæc super re deliberaretur: postea apud
 Carolum Albertum Imperatorem suas
 querelas, malaque inde merito perti-
 nescenda gravibus oppido verbis expo-
 suit, eumque rogavit, ut tanquam sa-
 cræ Sedis Advocatus suam auctori-
 tem eo impendere velit, ut Sinzen-
 dorf-

Sæc. XVIII. dorffius vel alii fors a Boruffo in Vice-
 A. C. 1742. rios nominandi sese intra debitos limi-
 tes contineant, ne Sedis Apostolicæ ju-
 ribus quicquam derogetur. His addi-
 dit, se totam suam fiduciam in Cæsa-
 reæ Majestatis suæ pietate reponere,
 certumque esse, quod illa vi suæ Cap-
 tulationis defensionem sacræ Sedis
 occurrentibus ejusmodi eventibus ni-
 nime prætermittura sit. Postea Pon-
 tefex ipsum Sinzendorffium Cardinalem
 Romam venire jussit, ut de hujus Vi-
 cariatu oblati conditione rationem
 redderet: Ipse vero satis affectam vobis
 tudinem obtendebat, quin Romanam ve-
 niret. Verum Pontifex hanc excusa-
 tionem nec agnoscens nec probans de-
 nuo Cardinalem in jus vocavit, missis
 ad eum hoc mandato:

*Venerabilis Frater! Salutem & Apo-
 stolicam Benedictionem nostram.*

„Literas tuas nuper elapso die de-
 „cimo nono Mensis Maji ad Nos datas
 „rite recepimus, & ex illis non sine miri-
 „gna animi voluptate intelleximus, quod
 „apud Principem tuum multum favore
 „ac benevolentia valeas, & quod tibi
 „omnem profanam jurisdictionem in tua
 „Diœcesi sartam servaverit, & universis
 „Clero permiserit, ut Ecclesiasticis pro-
 „ventibus seu decimis frui queant: si
 „nulli

„mul etiam fide Regia pollicitus sit, se Sæc. XVIII.
„Catholicos suos subditos in fidei rebus A. C. 1742.
„non turbaturum, sed eis conscientiæ
„libertatem permitturum. Cum ergo
„in hunc Principem non parum confi-
„damus, eumque maximi habeamus,
„aliunde etiam sanctæ Catholicæ Reli-
„gionis conservatio in ejus Provinciis
„& ditionibus Nobis vel maxime cordi
„sit, & quidem ita, ut nisi præsens re-
„rum vicissitudo eidem perbene nota
„Nos cohiberet, quo minus proprio chi-
„rographo eum salutemus, id libentif-
„sime faceremus, eidemque ex intimo
„cordis nostri grates rependeremus:
„quoniam vero impræsentiarum votis
„nostris satisfacere impedimur, Te ro-
„gamus, ut data occasione Eidem ore-
„tenus debitam nostram gratitudinem
„testatam reddas, ac declares, Nos ipsi
„obstrictissimos esse, eoquod benigne
„statuere, ac liberum Religionis nostræ
„exercitium in suis ditionibus polliceri
„voluerit. Si ergo nostro nomine hoc
„exponendi occasionem nactus fueris,
„ejusmodi verbis utere, quæ innata tua
„eloquentia Tibi suggeret. Quantum
„vero ad Apostolicum Vicariatum atti-
„net, id quidem nova non est inventio;
„in ipsa enim Germania adhucdum pro-
„stant duo exempla, & plura alia non
„modo in Protestantium ditionibus, sed
„etiam

Sæc. XVIII.
A. C. 1742

„etiam in Paganorum & Mahumetano
 „rum Principum Regnis & Provinciis
 „In congregatione, quam nuper habi
 „tam fuisse meminimus, Vicariatus po
 „testatem ad duo diversa capita restrin
 „ximus. Horum primum est, ut in
 „perhabito hoc Vicariatu ipsemet Vic
 „arius omnesque Catholici eidem Vic
 „jecti semper directe a S. Ecclesie
 „id est, a Nobis, quamdiu vita
 „perstites sumus, & post mortem
 „stram a nostris Successoribus, qui
 „Nos, licet immerentes, Christi
 „Vicarius & visibile Ecclesie suce caput
 „sumus, dependeant, & hanc depen
 „dentiam non modo verbotenus
 „sed & palam & realiter profiteantur
 „non eo fine, ut causæ & pecuniæ Re
 „nam deferantur; sed ut Ecclesie Co
 „put a quovis Catholico agnoscat
 „cum id fundamentalis nostræ Religio
 „nis articulus sit. Altera limitatio
 „tendit, ut sub constituto ejusmodi Vi
 „cario Catholici eidem obnoxii tam
 „pascantur & regantur, ut in iis, qui
 „Ecclesiasticam administrationem con
 „cernunt, nihil eis desit. Utraque
 „limitatio omnes quotquot sunt, Vic
 „rios afficit, eaque ab iis exacte oble
 „vetur. Has limitationes Cardinales
 „qui huic Congregationi interfuere, re
 „tas habuerunt, & varias rationes pro

„posuere, non quidem, ut denunciata Sæc. XVIII.
 „Vicariatus idea rejiciatur, sed ut illa A. C. 1742.
 „debitis terminis circumscribatur. Non-
 „nulli perpendendum proposuere, utrum,
 „cum hujus Principis ditiones admo-
 „dum amplæ sint, & se a mari Baltico
 „ad Rhenum, & inde ad Mosam usque
 „protendant, aliæ etiam ab invicem se-
 „paratæ existant, unicus Apostolicus
 „Vicarius Vratislaviæ residens ad hoc
 „sufficiat, ut adjuvante Curia Ecclesia-
 „stica Berolini erigenda omnia ea mu-
 „nia adimplere valeat, quæ in Catholi-
 „corum utilitatem agenda occurrent,
 „& an non accessus ad alterutram ex
 „his curiis nimis difficilis ac molestus
 „foret? Alii, cum eis innotesceret, hanc
 „Curiam seu Tribunal, quod uno Pro-
 „Vicario & aliquibus Assessoribus con-
 „staret, Berolini esse stabiliendum, prius
 „certiores fieri postulant, utrum hi om-
 „nes, prout par esset, religione Catho-
 „lici forent? quis eos nominandi jus
 „haberet? utrum installationes a Vica-
 „rio petantur & deinceps petendæ sint?
 „quantum salarii Pro-Vicario & Assesso-
 „ribus sit assignandum, & a quo hæ ex-
 „pensæ fiant? Alii serio ponderabant,
 „quod, cum illi Vicariatus Apostolici,
 „qui in Episcopatibus per pacem Mona-
 „steriensem ad statum profanum redu-
 „ctis fuerunt erecti, vi cujus pacis E-
 „pi-

Sæc. XVIII. „piscopatus, quorum Diæceses nunc in
A. C. 1742 „Protestantium terris sunt, suam juris-
 „dictionem retinuerunt, & per cessionis
 „tractatum circa terras eis obnoxias
 „conclusum sit, quod Catholica Religio
 „semper sarta maneat, & in eo statu
 „conservetur, in quo, cum Principis Catholici
 „regimine & dominio fuit, præter
 „ut eam Ruremundanus Episcopus
 „diæcesim exercet, exin necessario quod
 „res tumultus in Germania exortum
 „merito timendum esset, si erecto præter
 „claro hoc Vicariatu quicquam præter
 „cessionis tractatui contrarium staretur
 „tur. Nimium Nos diffunderemus, si
 „omnia complecti vellemus, quæ in
 „bitam hujus Vicariatus formam in
 „præfata Congregatione fuerunt expo-
 „sita. Inde vero conclusimus, hoc
 „negotium rem esse tam gravis amplius
 „momenti, ut eam per literas decideret
 „impossibile sit, potius ergo vivam
 „conferentiam requiri, & quidem ea vel maxime
 „de causa, quia Magistra experientia
 „didicimus, quod non raro res, quæ
 „epistolis velut montes apparent, in
 „tam planitiem transmutentur, quando
 „primum accesserit explicatio ore tenens
 „facta ab eo, qui rei bene gerendæ
 „peritiam pollet.

„De cetero ætate provectior sum,
 „quam Tu, nec eæ sunt temporis
 „circumstantiæ, quæ
 „cuius

„cumstantiæ, ut ipse Pontifex Vratis-
 „laviam proficiscatur; te ergo decet Sæc. XVIII.
 „Romam venire, nec te excusat pedum A. C. 1742.
 „tuorum debilitas; ea enim non ob-
 „stante Romam pergeres, si ibi concla-
 „ve celebrari scires: proin & nunc in-
 „firmis pedibus venire potes, præci-
 „pue, quia, nisi Tecum colloqui, & de
 „hac maximi momenti re mutuo con-
 „sultare possimus, hæc causa rite geri
 „ac decidi nequit, econtrario autem
 „probus Pontifex sine Te optime eligi
 „posset. Maximam hac in re partem
 „habet, tum quoad Vratislaviensem
 „Ecclesiam tuam, tum quoad hunc
 „Vicariatum. Polles favore Prin-
 „cipis, tibi que melius, quam cui-
 „cunque alteri cognita sunt illius
 „consilia; rei gnarus es, notæ etiam
 „sunt circumstantiæ & omnia, quæ no-
 „stræ Religioni conveniunt. Vir es
 „prudens, doctus, sapiens, & eloquens:
 „hinc spe freti sumus, fore, ut mutuo
 „tecum colloquio intra unius horæ spa-
 „tium plus proficiatur, quam si integro
 „anno inter Nos & Te epistolare com-
 „mercium habeatur. Si vero præter
 „spem nostram coram veniendo impar-
 „esses, certe tibi non deerit idoneus
 „Vir, qui plena rei notitia imbutus huc
 „mitti possit. In hoc tamen postremo
 „casu Tibi celare non possumus, id no-
 „bis M m
Hist. Eccles. Tom. LXXVII. „bis

Sæc. XVIII. „bis admodum molestum fore; Te enim
A. C. 1742. „videre optamus, & petimus. Interim
 „Tibi paterno affectu Apostolicam Be-
 „nedictionem impertimus. Datum Ro-
 „mæ apud S. Mariam Majorem die de-
 „cima quarta Julii anno 1742. Pontifi-
 „catus nostri secundo.“

§. XLVI.

*Epistola Pastoralis ejusdem Cardinalis
 ad Catholicos.*

Insuperhabita hac Pontificis citatio-
 Cardinalis Sinzendorffius Romanæ re-
 vere, haud consultum fore arbitratus,
 veritus, ne Regis sui indignationem in-
 curreret, votis tamen & mandatis Be-
 que eo satisfecit, ut illum postea Bene-
 dictus XIV. in hoc Vicarii Generalis
 munere confirmaret, & duntaxat in
 hoc adhuc difficilem sese redderet, quod
 literarum ac mandatorum vigor semper
 a Regis beneplacito dependeret. Ig-
 tur Sinzendorffius Pontificia auctoritate
 tutus vi sui Officii & demandati Vice-
 riatus die vigesima octava Augusti ex
 Episcopali Vratislaviensi Palatio ad con-
 nes Borussicarum ditionum Catholicos
 Pastoralem vulgavit epistolam. Ea
 lius tenorem: